



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Ioachimvs C. 16. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

S. IOACHIMVS C. 16. Aprilis.

Felices Senæ! vel ideò, quòd inter tot
 mundi hodie libertos, ipsæ *servos* tot
 VIRGINIS numerant. Ex his IOA-
 CHIMO nostro pileum hodie in cælo
Domina dedit. Vir fuit obsequendi stu-
 dio, sui contemptu, sed præcipue chari-
 tatis æstu in ægros mirandus. Exemplo
 fidem habe in paucis memorando. Iter
 illi Arretium; ex itinere obvius fuit,
 qui epilepsi, sed multò magis impatien-
 tiâ laborabat. Noster verbis, consilio,
 operâ suâ solatur: sed necquicquam
 gravius jam animo quàm corpore pe-
 riclitante. Hic IOACHIMVS post pre-
 ces DEO fusas, in se novus medicus
 morbum omnem transfert. Igitur Ar-
 retii ipso DOMINÆ ASSVMPTÆ
 die, dum sacrificanti servit, cereumque
 elatâ in sublime Eucharistiæ manu
 præluceat, cadit morbo impellente:
 cereus tamen stationem in medio aëre
 servat, gaudente utique Angelo in ho-
 minis officium involare. Sub hac Se-
 nis vi morbi iterum cadit, mensamque
 secum instructam trahit. Nihil tamen
 fractum, nihil confusum. Sed & alia
 prodigia clarum fecerunt, ut apertâ ad
 preces portâ, radii precantis in oculo
 (quo sapius assuevit concedere) caput
 viii cingere. Caterùm morbo omni su-
 perior illud etiam velut vitæ rectè actæ

premium à calo emendicavit, ut viventis carnes veniunt agmen popularetur. Fatum obiit, quale expectat ac praevidit, ipso Christi morientis die, cum illa verba socii legerent: & *inclinato capite emisit spiritum*. Sed apud mortuum quoque medicinam morbidi quassiverunt, & verò reppererunt, Epileptici praecipue, non ignari expertum mali hujus medicum se accedere. Ex Ferrar.

S. HELENVS C. 17. Aprilis.

FVgiendum est citò, quod nocet citò: Sapuit isto mature HELENVS consilio, & è mundo prius quàm pueritià exiit, tutius inter feras, quàm homines victurus. Iejunia producenti cacodæmon escas obtrusit; sed HELENVS & cocum & dapiferum aspernatus cum Cælo quàm Orco prandere maluit; mox enim Angeli, ut Christo quondam dapes esurienti ministrarunt. Tanto deinde promptius ipse quoque per longa itinerum spatia aliis prandia ferre, & si oneri succubuisset, onagris ea imponere, nil repugnantibus pigerimis alioquin animantium. Neque jam solùm onera illius asini, sed ipsum etiam HELENVM, cum Mystam sacrificii causâ accerseret, per amnem crocodilus transvexit; adeò sanctitati obtemperant omnia. Discipulo ejus cum
Orci